



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XLI. An necessitas operum doceri queat ex Nouo Testamento?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Euangelium propriè legem.

2. Deinde vere præcepta fanciui,
Ioan. 3. de baptismo: Ioan. 6. de Eucha-
ristia. Mat. 5. de Cōiugio & repudio. De
quo 1. Cor. 7. Præcipio non ego, sed Domi-
nus. De præcepto dilectionis, Mat. 22.

3. Legem Moralem Moysis compro-

bauit, *Mat. 5. 6. 7. 19. Mar. 10. Luc. 18.* ad-

probans Decalogum. Et non eam per

Euangelium abrogauit. Nam Matth. 5.

Non veni soluere legē, sed adimplere Moralē.

4. Idcirco venturus sum Iudex : ut
reddam unicuique iuxta opera eius. *Mat. 2. 4.*
Act. 10. 17. Rom. 2. 4. &c.

II. VERA LIBERTAS CHRI- STIANA est in tribus.

I. Libertas à peccato & morte: Ideo
Ioan. 8. Si vos Filiis liberavit, verè liberi eritis. Qui autem facit peccatum, seruus est
peccati. Ita & *Rom. 6. & 7.* Quod si per-

manceret peccatum in homine iustificato, sed non imputatum, non esset verè
liberatus; nec ego verè essem Redéptor.

II. Libertas à iugo ceremonialium
& iudicialium. *Act. 15. Quid tentatis im-*
ponere ingum. &c. *Gal. 4. Quomodo reuer-*
timini ad infirma & egena elementa? &c.
Gal. 5. State, & nolite iterum iugo servitutis
contineri. *Heb. 7. Translato enim Sacera-*
tio, necesse est, ut & Legis translatio fiat.

III. Libertas à dominio Legis natu-

ralis, id est, à seruili timore. Quia *Rom.*
6. Non estis sub lege, sed sub gratia. *2. Cor. 3.*
Vbi spiritus Domini, ibi libertas. *Gal. 5. Si*
spiritu ducimini, non estis sub lege. *1. Tim. 1.*
Iusto non est posita lex, sed iniustis & non sub-
ditis. *Aug. in Ps. 1.* Aliud est esse hominem
sub lege, aliud esse in lege. Illud serui, hoc
liberti est, qui agit, non agitur. Cum igi-

tur promissio vitæ sit conditionalis, pla-

ne conditionem obseruari necessè est.
Atque ita seruire Deo, est in libertate
Christianæ regnare.

QVÆSTIO XL.

An necessitas operum ad salutem doceatur ex
Nouo Testamento?

LXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI perinde ac CALVINTIANI so-
lam Præsentie necessitatem affirmant, id
est, necessaria esse, ut fides sit viua, vera & fra-
tuosa: Fidem vero solam habere relationem
ad salutem, non opera, quasi hæc essent menta
cauæ, conditions.

CHRISTVS. I. At ego venturus
Iudex ex Dci gratuita misericordia, per
mea Merita, Eleætis suæ beatificationis
causam quadantenus sum ita pronun-
ciatus, *Mat. 25. Venite benedicti Patri*
mei, p. fidete paratum vobis regnum a consi-
tutione mundi. Cur? & surui enim, & dedijs
mibi manducare.

2. His consonant Apostoli mei, *Heb.*
10. Patientia vobis necessaria est; *Cut: Vi-*
cuentes voluntatem Dei, reportatis promissi-
onem, *i. Tim. 2. Miser.* &c. *salvabitur po-*
filiorum generationem; si permanesit in fi-
de: Sola? Non, sed & dilectione, & sa-
cratione cum sobrietate. *Phil. 2. Cum me-*
tu & tremore salutem vestram operamini:
Cor. 7. Tristitia, que secundum Deum ej-
pernitentiam ad salutem stabile operatur. *Ro.*
8. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, vi-
uetis. *2. Cor. 4. Id quod in præsenti est mi-*
mentaneum, & leue tribulationis nostra, sa-
pra modum in sublimitate eternum glori-
pondus operatur in nobis. *Rom. 8. Existim-*
enim quia non sunt condigne passiones huic
tempo



temporis ad futuram gloriam. Rom. 10. Cor-
de creditur ad iustitiam; ore autem si confessio ad salutem. Nimirum ipse dixi, Matth.
10. Qui me confessus fuerit, & ostitebor ego cum
earam Patrem meo. Jacob, 1. Qui perspexerit in
ea, non Auditor obliniosus factus, sed factus
opus, hic beatus in FACTO suo erit. Iac. 2.
Quid prodest, si fidem quis dicat se habere; o-
pera autem non habeat; nunquid poterit fides
valuare eum?

3. Atque ad istam de operum ad salu-
tem necessitate veritatem Euangelicā
& Apostolicā accessit eiusdem con-
tinuata Traditio,

QVÆSTIO XLII.

*An Lex Divina sit possibilis obser-
vatu?*

LXIII ANTICHRISTIANISMVS.

LV HERANI aequa ac CALVINIANI
ad eō negant impletu possibilem; vt iusto-
rum quoque opera reprobationem mereri
committuntur. Vide Lutherocal. p. 4. q. 76.

CHRISTVS. I. At saepius docet
Scriptura, quod i. Ioa. 5. *Mandata eius
graui non sunt. Et ego, Mat. 11. Iugum meum
suaue est, & onus meum leue.* Quò pos-
sibile magis.

Neque ideo suaue, & non graue; vt No-
vatores fingunt, quòd renatis non im-
putetur prævaricationis; vt quos liberarim
a maledicto legis: Gal. 3. Etn nihil eis sit
damnationis, qui sunt in Christo; Rom.
8. Non, inquam ideo: *Quia illa Non im-
putatio Vel tollit Obligationem legis;*
tunc facit ut lex sit non lex; sicq; fallum
esset hoc, lex mea est iugum suaue: Vel
tollit reatum ex prævaricatione; con-

tractum, quem contrahi permittit ut
terruat impossibilis; tunc esset iugū du-
rissimum. At contra docuit Ezech. 36.
*Spiritum meum ponim in medio vestri, & fa-
ciam, ut in preceptis meis ambuletis:* Et si e-
go fideles liceraui à maledicto legis im-
portabilis antè, nunc facilis facta.

II. Docui Ioa. 14. *Qui diligit me, ser-
monem meum seruabit.* Rom. 13. *Qui diligit
proximum, legem implevit.* Nam, Gal. 5. *Om-
nis lex in uno sermone impletur;* *Diliges pro-
ximum tuum. &c.* At omnes debent, &
possunt diligere proximum: ergo & le-
gem obseruare. Vnde Ioa. 3. *In hoc cognoscetis omnes, quod discipuli mei esitis;* si dile-
ctionem habueritis ad invicem. *Quin imo*
**Ioa. 15. *Vos amici mei eritis si feceritis, que ego
principio vobis;* Sin' amici non eritis.**

DICENT, dilectionem hic esse inchoaram
solum; non perfectam; ideo non diligi sicut o-
portet.

Verum est, Nihil hīc absolutē perfe-
ctum est; est tamen secundum quid per-
fecta dilectio, eaque possibilis ad suffi-
cientiam legis. Vnde datur hīc perfectio aliqua: Ideo Matth. 5. *Estote perfecti.*
Mar. 19. *Si vis perfectus esse.* Phil. 3. *Qui-
cunque perfecti sumus.* Itaque i. Ioa. 5. *Qui
seruat verbum eius, vere in hoc caritas Dei
perfecta est.* Quare, Gen. 17. *Ambula coram
me, & esto perfectus.*

III. Quidam seruarunt mādata; præ-
sertim illud, *Diliges: & hoc, Non concipi-
scas.* Vt David Psa. 118. *In toto corde meo
exquisiu te.* 3. Reg. 14. *David custodinit
mandata mea & secutus est me in toto
corde suo, facies quod placitum esset.*
Act. 13. *Vir secundum cor meum, qui om̄ es
meas voluntates faciet.*

S

Et

